

et imperfectos, quod perfecti opera sua hominum oculis nuda, et manifesta exponere possunt (Matth. 5: Ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est, ut alii bono eorum exemplo excitentur, et Deum collaudent; at imperfecti si ab inanis gloriae urente venio tui esse desiderant, operant opera sua, atque secreti vestibus illa induant, contenti solum Christi oculis nuda apparere; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen. *Deus in hoc mundo non solum speculans, sed etiam speculans, et in speculo suum speculans, et in speculo suo speculans, et in speculo suo speculans, et in speculo suo speculans.*

HOMILIA XIII.

Sympha. ex transfiguratione Domini occasione, monstratur, animas in monte alto orationis, et contemplationis merari, et transfigurari; utique pariter de conditionibus, quae orationem comitari debent, ut haec in nobis transformatio fiat, et quod petimus, adipiscamur.

Quamvis Christus Dominus, tamquam Dominus gloriae, saepe alias transfigurari potuisset, voluit tamen data opera, et non sine mysterio id opus in tempore orationis suae reservare, ut Lucas animadvertit (cap. 6): *Ascendit in montem, et oravit; et facta est dum oraret species vultus eius altera; quod coelestis quidem factum est consilio, ut doceret Christus, mentes nostras per orationem, et assiduum cum Deo conversationem divinitus immutari, ac transformari: talem enim a Deo tunc accipiunt splendorem, ut illo decoratae, speciem alteram habere videantur. Pro huius rei typo, ut in Exodo (e. 35) legitur, Moyses ex consortio sermonis Domini prodibat splendidus tamquam sol undequaque fulgurans: nam tibi vulgata editio legit: *Et ignorabat quod cornuta esset facies sua*, Septuaginta interpretantur: *Apparuit glorificatus vultus eius*: qui splendor Moysi communicatus a Deo tantae magnitudinis erat, ut vultum eius a monte descendens Israelitae spectare non possent; et ideo, ut eum intueri valerent, Moyses ponebat velamen super faciem suam. Haec novitas, quae in vultu Moysi erat, quotidie accidit animabus familiariter per orationem cum Deo tractantibus, sicut ad Corinthios scribens Paulus testatur (ep. 2. cap. 4): *Ipe illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiae claritatis Dei, in facie Christi Iesu*. Sed clarior id docuit Apostolus (cap. 3. eiusd. Epist.): *Nos autem revelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur*. Tres possunt horum verborum assignari expositiones; sed notandum prius, participium illud, *speculantes*, non a *specula*, ut notat Anselmus (super eundem Pauli locum), sed a *speculo* derivari: unde sensus erit, iuxta Theodoretum, et Theophylactum, nostram esse Israelitarum sorte meliorem: nam quod illi tot umbris, et figuris nosebant futuram, nos iam*

factum, et praesens cernimus in speculo fidei (2. Cor. 13): *Vitemus nunc per speculum in aenigmate*: quod etsi obscurum, non tamen quantum umbrae illorum, immo praeter illis ita splendendum est, ut per illud facie ad faciem videamus mysteria, ut significat verba Pauli, dicens (2. Cor. 3): *Revelata facie gloriam Domini speculantes*. Secunda expositio est, hoc non fidei, sed animae esse speculum, ut sensit Caietanus (sup. 2. ad Cor. 3), qui asserit, *speculari*, non solum significare prospicere, sed tamquam speculum in se lucem, et splendorem accipere: secundum quam interpretationem idem erit, *speculantes*, quod *speculum effecti*; ita ut in nos tamquam in speculum divini vultus radii, et splendoris reflectantur; atque idcirco, ut ait Caietanus, quemadmodum speculum soli expositum ita recipit eius imaginem, ut speculi orbis instar solis esse videatur, ita per orationem meditates pulchritudinem, et excellentiam Solis instillat, ut sint Christus, eius imaginem in nos ipsos, tamquam in speculum, spiritualiter accipimus, et in ipsum transmutamur; seu, ut dicit Apostolus (ibid.): *In eandem imaginem transformamur*. Tertia interpretatio sit, quod quemadmodum cognitum per sensum, quam intellectus facultates fit, accipiendo in se ipsam rei intellectus imaginem, qua cum univert, unaque res fit intentionaliter ipsa facultas, et obiectum; sic etiam in speculatione, et contemplatione Dei recipit anima similitudinem, et imaginem Verbi divini, de quo scriptum est (Sap. 7): *Imago bonitatis illius*; quod spiritualiter ab aeterno Patre in anima generaliter, ita ipsam complectitur, et adstringit, ut in ipsum, ne societatem eius amittat, transformetur. Sed ut evidentiis, et quasi ad oculum videatur, quanta sit orationis vis ad animae mutationem, et mirabilem illam Imperatoris Nabuchodonosor contempleremur apparentem transformationem. Pervenit Deus impii huius, et timentis Monarchae superbiam, et insolentiam, faciens illum inter bestias plurimum amorum spatia versari, eorum herbis pasci, per agros vagari, atque omnino vilium agere silvestrem, brutisque simillimum; qui tandem elevans ad Deum oculos, ab eius instillata misericordiae tribunal appellans, confessum fuit veteri hominis figurae, imperio, honori, et auctoritati restitutum (Dan. 4): *Deus tuos meos ad coelum levavi, et sensus meus redditus est mihi; ad honorem regni mei, decorumque perveni, et figura mea reversa est ad me*. Similis huic transformationi fuit illa Pauli Apostoli, quandoquidem ex lapso rapace, atque cruento fecit illum Deus per orationem agnum mansuetum, ut Christus dixit Ananiae (Act. 9): *Eccc enim oras*; quasi respondens obiectioni, quam postea sibi opposuit, dicens Paulum esse Ecclesiae persecutorem: verum est, inquit Deus, sed oratio illum mutavit in Evangelii praedicatorum (ibid.): *Eccc enim oras*, quod et asseruit Augustinus: *Cecidit persecutor, et surrexit praedicator*. Sed ut oratio haec animae praestet, et efficax sit in petitionibus, multis, et magis momenti indiget conditionibus, ex quibus sex admodum singulares, iuxta doctrinam Patrum, referam, et explicabo: *1. Ut animam*

Prima bonae orationis conditio est, ut anima ab omni labe peccati mortalis sit pura; et libera: quoniam, etsi verum est, impetrationem eorum, quae petuntur, in bonitate Dei, et liberalitate magis, quam in meritis orantis habere fundamentum, unde dixit Augustinus ignoranter locum caecum, qui dixit: *Deus peccatores non audit*. Et licet etiam verum sit, ut docet s. Thomas (2. 2. q. 84. art. 16), aliquando a Deo in peccato mortali existentes audiri, non ex instillata, sed ex misericordia; usitatus tamen, et frequentius repulsam patiuntur eius preces, qui manifestus est Dei inimicus; idque ita sentiebat David quando dicebat (Psal. 165): *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudivit*; ideoque a Deo pelebatur (ibid. 146): *Dirigatur Dominus oratio mea sicut incensum in conspectu tuo*; quoniam Ithuris ea natura est, ut impositum igni, plurimum; sine igne, parum odoris emittat. Talem, ait David, esse debere orationem, quae accensa igne charitatis, bonum Deo praebet odorem; sed absque illa parum Deum delectat; atque idcirco (ibid.): *Dirigatur Dominus oratio mea sicut incensum in conspectu tuo*. Filios Aaron thus offerentes Deo ignis de caelo lapsus absumpsit, quoniam simul cum inobediencia defuit eis ignis charitatis, et Christus idem nos docuit in oratione, qua nos ut iussit orantes: nam primum eius verbum voluit esse: *Pater noster*, ut intelligat oraturus, se illum esse oportere; alias ne miretur, si quod petit, non impetret, cum omnibus, ac singulis Dominicae orationis verbis eius preces condemnentur: nam si dicit *Pater noster*, respondet et Deus; quomodo tu non vis esse illius obediens? si, *sanctificetur nomen tuum*; quomodo peieras, et blasphemias eractas? si, *adveniat regnum tuum*; quomodo colorum pelis regnum, qui mereris inferorum? si, *fiat voluntas tua*; quomodo tu et refragaris, et eius praecepta non servas? si, *dimitte debita nostra*; quomodo tu inimico tuo non parcas, et sillis eius sanguinem? si denique dicis, et ne nos inducas in tentationem; quomodo te tot peccandi occasionibus, et manifestis periculis exponis? Tali si ulciscis oratione, ne mireris, si Deum invenias quasi aeneum, et implacabilem; est enim proprius peccati effectus Deum facere inexorabilem, sicut dixit Hieronimus (cap. 3): *Quia peccatoribus tibi, ideo inexorabilis es*. Proleant igitur foras, et expellantur a nobis omnia peccata; id enim si fecerimus, Deus precibus nostris, et desideris acquiescet. Recordemur, quod regum testatur historia, ubi legitur propter culpas, et peccata pseudoprophetarum tribus annis pluvium de caelo non missam; occisis tamen falsis prophetis, illico pluisse. Moriantur igitur in vobis falsi prophetae, hoc est inordinata desideria, quae vobis promittunt, et prophetant delectamenta, et praebent tormenta, et dolores gravissimos, atque illi coeundiatur oratio vestra, et copiosa gratiarum pluvia a Deo mittetur. Huc etiam facit, quod sacrae referunt litterae (in 1. Reg. 1. Reg.) loquentes de Saul, qui Deum consulens de successu belli, quod apparabat, cum animadverteret Deum differre responsum, inquit: *Videte per quem acciderit hoc peccatum*

hodie. *Vixit Dominus salvator Israel, quia si per Ionathan filium meum factum est, absque retractatione morietur*; quod satis fuit ut a Deo responsum impetraret. Nullius desiderii vestris, ac precibus Deum respondere? firmum habetote animi propositum de medio tollendi filium magis dilectum, hoc est peccatum, quo magis delectamini, et vitium quo magis trahimini, statimque habebitis felicissimum votorum vestrorum, et petitionum complementum. Experientia iaculantium docet, ut scopus attingatur, non satis esse sagittae bonitatem, nisi etiam iaculator pariter bonus, et dexter sit; ita quamvis oratio superba natura sit sagitta, quae ad cor Dei feriendum directe pergit; si iaculator illius constans, et dexter in virtute non est, idcirco, quem destinaverat, frustrabitur. Iustus et sanctus sibi bene orare, quoniam caelesti aulae assuetus novit sermonem, et ritum caelo convenientem; peccator tamquam radix, et agrestis, assuetus huius mundi sermonibus, et contractationibus necit Deo conversari. Secunda bonae orationis conditio est humilitas, sicut nos docuit Abraham, qui antiquam Deum alloqueretur, se pulverem, et cinerem appellavit (Gen. 18): *Quem sine pulvis, et cinis, loquar ad Dominum?* Utenique declaravit Manasses: nam peccata sua coram Deo confessus, obtinuit misericordiam. Unde Spiritus sanctus in Proverbis primum orationi gradum assignat humilem cultum cognitionem (Prov. 18): *Iustus in principio orationis accusator est sui*. Itaque quemadmodum spinis, et sentibus a praedio avulsis solo eidem praedum, seu vinea mori, et vallari, ne animalia ingrediantur, et quod seminatam, et plantatum est, absumant, ac devastent; ita ex peccatis, et tribulis peccatorum ab anima extirpatis, vi penitentiae, et humilitatis, ac dolentiae illorum memoria revulsis, efficitur quasi sepes, et vallum opponitur; ne feroces, et imundi spiritus animam nostram invadant, et perturbent orationem; neve semen bonum, quod Deus plantaverat, arripant. Huius humilitatis orationi admodum necessaria mirabile in sacris libris habemus exemplum de Elia; qui oraturus Deum, ut terram aquarum inopia laborantem imbribus irrigaret, caput inter genua posuit, et ita inflexus, et incurvatus ad Deum clamabat. Varios orandi modos tam in sacris, quam in profanis historicis reperimus, inter quos refert Plutarchus, Numam Pompilium Deo supplicante in gymnasium vertere, ac deinde sedere solum, qua priore caeremonia iudicabatur, huius vitae curriculum esse plenum vanitatis, et nihil in eo esse firmum, sed omnia varia, et mutabilia: secunda autem caeremonia docebat, in illo tantum esse firmitatem, et stabilitatem, qui cum in tranquilla Dei contemplatione quaeeret. Notum quoque ex sacris Bibliis est, nonnullis oravisse stantes, ut oravit Moyses, quando prolebat adversus Amalechitas; alios genibus flexis, ut sanctus Stephanus; alios humi iacentes, ut Christus in orto; sed ea corporis dispositione, qua usus est Elias, caput inter genua ponens, de solo ipso litteris commendatum est. Lira, et Abulensis (sup. 3. Reg. 18)

Optime noverat David, quanta virtutis esset haec officio praesentiae meditatio ad animam in divino continentem, cum aiebat (Psal. 32): *Oculi mei semper ad Dominum; id est, omni tempore, et in omni negotio semper mentis meae actio in Deum directa est, et quod ex hac exercitatione accipio, commodum maximum est (Psal. 24): Quoniam ipse excollet de laqueo pedes meos, hoc est praeservabit me ne cadam in laqueos delictorum. Secundus modus semper versandi in conspectu Dei est consideratio, et fides, qua credamus, quidquid faciunt creaturae, facere cum ipsis, et per ipsas Creatorem (Joan. 5): Pater meus operatur, et usque modo ego operor. Haec si cibis tuo gustui placet, si potus refrigerat, vestis frigus pellit, si sol illuminat, si denique dives, aut princeps tibi beneficit, aut faves, Deus honorum causa, et auctor est, eique soli, tamquam primo auctori, illa referes accepta; quemadmodum si tibi amici domum ingredienti omnes eius famuli praesto essent, et sedati servirent, unum indumenta, alter praerberet cibum, et nemo esset, qui non tuo nutui pareret, non tam famulus ob huiusmodi officia, quam eorum dominus teneris. Unde cum omnes creaturae Deo servant, et ipsam alloquens David testatur (Ps. 11): Quoniam omnia servant tibi; et cum eiusdem nutu tibi quoque famulantur, quidquid boni ab eis accipis, Deo soli debebis. Ex quo flagit sapientis dictum Ambrosii (in lib. de dign. cond. hum.) ubi ait, quod sicut nullum est temporis momentum in quo non fruatur homo Dei bonitate, ita esse non debet momentum aliquod, in quo illum non habeat, et meditetur praesentem. Non negarim, hanc perpetuam divinae praesentiae meditationem hominibus negotiorum, et commerciorum secularium curam habentibus esse difficilem; non tamen difficilem esse usum frequentem orationum, quas vocant iaculatorias, quibus mens hominis cor Dei ferit, ad quod effundendum homo plus accipiet occasionem inter dum a perfectionibus creaturarum, interdum ab imperfectioribus; aliquando a dictis, et aliquando a factis eandem.*

Quarta conditio, et valde praecipua, ut efficaci oratio sit, est firmissima divinae bonitatis, et meritorum Christi fiducia, qua speremus consequi, quod petimus: *Fiduciam habemus ad Deum*, inquit Iohannes (e. 3), et *quidquid petierimus, accipiemus ab eo*. Videtur Iohannes illud *quidquid*, quod omnia complectitur, didicisse a Christo, cum dixit (Marc. 4): *Quidquid orantes petitis, credite quia accipietis, et fiet vobis*. Quae Christi sententia fuit quasi subscriptio habente, ut possemus superscribere quidquid nobis libisset, securi, et certi ad exhibitionem illius, summam in ea contentam nobis in mensa divini, ut ita dicam, collybiae, et nummularii Dei solventam. Sed, ut dixi, opus est fiducia consequendi, quod petimus, ut s. Iacobus (e. 1) adnotavit: *Postulet autem in fide nihil hesitans*: nam si dubitares, iniuriam faceres divinae liberalitati, et omnipotentiae; sicut fecit Moyses, quando virga percussiens petram, dubitavit (Num. 22): *Irritaverunt eum ad*

aquas contradictionis, etc. et distinxit in labiis suis. Textus Graecus legit: *dubius fuit*, et ita legitur Flaminium, et Remigium; alii autem interpretantur, *perplexus fuit*, omnesque committer per illud verbum, *distinxit*, arbitrantur Moysen haesitasse; non tamen dicunt, cur verbum, *distinxit*, significet, dubitavit. Ego puto, si fallor, aliud hoc in loco ad stylum dialecticorum, qui, si proponitur argumentum falsum, respondent, *neq; si verum, concedo*; si dubium, *distinguo*: et ideo sumpta metaphoram ab hoc dialecticorum usu, dixit David, loquens de Moysse (Psal. 105): *Distinxit in labiis suis*, id est, dubitavit, verba proferens, quibus dubius eius animus indicabatur; quae diffidentia graviter Deum offendit, et eaque de causa Moysen punivit. Ad licet Moyses diffidentiam, habemus tamen in sacris litteris exempla aliorum hac sancta fiducia adeo insignium, ut ad culmen, et summum eius gradum pervenisse videantur. Iudith, ut sacra eius refert historia, vires, et animi constantiam a Deo tanta cum fiducia flagitavit ad amputandum Holoferni caput, ut famulae secum venire, et sacculum portare praecipit, quo barbari illius Ducis amputandum caput victrix includeret. Sed quomodo istud sacra Iudith? nondum domus tuae limen egressa, nondum vultum Holofernis insulsa, et adhuc ignara, sis ne tam immanis hostis aspectu terrenda, iam saccum parvas, intra quod eius caput recondas? Ita quidem, quoniam tantam in Deo meo habeo fiduciam, penes me futuram esse victoriam, ut illam celebratura exuerim me ingubribus viduae indumentis, et cultu me ornaverim splendore, non dubitans de triumpho; ideoque saccum defero, quo hostis spolia, et exuvias reportem. Sed maior certe, ut mihi videtur, fiducia Davidis fuit, quando persequente ipsum rege Saul, ad speluncam confugit, et in ea se cum militibus suis abscondit, certo sciens illac Saul cum exercitu transire, et posse ab illo facile occidi; vel intra speluncam, si ostium ei clauderetur, interire: depositum tamen metu, et spe in Deum coniecta, divinum imploravit auxilium, fidenter sperans se in tantis angustiis positum liberatum iri; quod utique ut petierat, praestitum a Deo fuit: nam cum per locum, ubi David cum suis latebat, Saul ipsum urgens, duclaret exercitum, ne ille speluncam intrare tentaret, iussit Deus ab araneis telam repente texi, quae totum speluncae ostium occuparet, ut Saul crederet neminem intrasse speluncam, cum aranea tela integra, et illaesa esset; quod ita cum accidisset, incolumis David cum suis evasit. Quod si quis me interroget, quod habeam tam singularis historiae fundamentum, cum ea de re nihil in sacris litteris memoratur? respondeo Davidem pro gratiarum actione, quod se Deus de manu sui adversarii Saul liberasset, composuisse Psalmum, cuius principium est: *Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea*: in cuius Psalmi explicatione Paraphrastes Chaldaicus, dum interpretatur illa verba, *qui beneficit mihi*, ait hoc beneficium fuisse, cum Deus aranea praecipit, ut speluncae ingressum tela sua circumdaret; eius

verba sunt: *Qui praecipit araneae, ut conficiat in ore speluncae telam ad defensionem meam*. Rvera in tam evidenti vitae periculo fidere, illam sibi posse a Deo servari, maxima fiducia fuit; nihilominus tamen parva est, si cum ea, quam habuit Abraham, conferatur, qui iubente Deo, ut filium Isaac sibi sacrificaret, sperabat dandam sibi in eo ita copiosam generis posteritatem, ut numerum stellarum superaret: quod, ut scribitur in Genesi, ita se habet. Dei praeepto de proprio filio immolando Abraham obtemperans, cultrum, et ignem accepit, secumque tulit Isaac ad montem, indens ad eius radices manere famulos: *Expectate hic, donec puer, et ego descendamus*. Quomodo fieri hoc potest s. Patriarcha? filium tuum cultro vitae privaturus es, et corpus eius in cinerem converteris, et tamen ais servis tuis, *donec puer, et ego descendamus*. Ita certe, quoniam tanta mihi spes in Deo est, implendum ab eo, quod mihi promisit, tantoque ardeo desiderio videnti numerosam filiorum multitudinem, ut confidam filium meum vitae restituendum, ne Deus promissioni suae deficiat: ipse enim est qui dixit: *Ego occidam, et ego vivere faciam*. Ita expresse docet Apostolus Paulus (in Epist. ad Hebr.) ubi ait: *Obtulit Abraham Isaac cum tentaretur a Deo, arbitrans quia et a mortuis suscitare potens est Deus*: unde hoc faciens Abraham, vere in spe contra spem crediti, cum a mortuo, in quo nulla esse potest spes progenerationis, ipse generationem coeli stellis speraverit copiosiorum. Ex quibus omnibus spei, et fiduciae allatis exemplis infero, quantumvis desperatae sint res ab omni humano auxilio, quantumlibet magnae aversionis Dei, et protractae nostrarum petitionum concessionis, non esse diffidendum, sed potius spem nostram erigendam semper, et confirmandam: nam si constants fides nostra, et spes fuerit, proculdubio victoriam consequemur; ut suavia haec verba prophetiae Habacuc pollicentur: *Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, et non tardabit*. Sanctae litterae memorant rem nostro proposito aptissimam, nempe diuturnam, et incredibilem famem patienti Samaritae. Deum ita copiose omni genere alimentorum tandem succurrere, ut farinae modius vitulissimo pretio venderetur. Sed posset quis ita tunc Deo alloqui: Domine, si animo tibi est oppressae Samariae, tantamque famem toleranti, liberaliter aliquando succurrere, quid moraris? quare in tempore non occurris? considera tantam esse annoae inopiae, ut asini caput octingenta aureis nummis venundetur. Nondum tempus remedii est. Considera filios a matribus propter famem devorari. Nondum tempus remedii est. Quando igitur hora erit? Ego scio, qui manu tenens horologium, horas numero suorum laborum, ipsi festinent petere confidenter in me: nam et ego illis succurrere maturabo. Similis haec, quae Christi discipulis accidit, res est: magna enim orta fuit tempestas, ut refert Matthaeus, discipulis navigantibus, et Christo interim dormiente, non tamen ideo discipuli eius obruti fuerunt. In-

fumescent unda, sibilat ventus, antennae gemunt; ipse vero dormiebat: obliquus insurgit fluctus, et aquarum vortex metu consternit; ipse vero dormiebat: navicula fluctuat, et modo sidera tangere, modo usque ad ima descendere videtur; ipse vero dormiebat; quia tamen inter hos fluctus, et procellarum metus discipuli sperabant sibi Christum fore adiutorem, unde in eo confidentes dixerunt: *Salva nos, perimus, non fessellit eos spes, nec preces impetratione carnerunt*: nam illico venti sopiti, mare placatum, et summa tranquillitas orta est, atque ideo omnes admiratione affecti, postea dixerunt: *Quis est iste, quia mare, et venti obediunt ei?*

Quinta orationis conditio est perseverantia: haec enim est, quae desideriorum obtinet felicem eventum, eaque deficiente, sit saepe bonae voluntatis abortio. Habemus huius rei in sacris litteris exempla singularia: nam Eliseum refert Scriptura aquas pallio percussisse, ut dividerentur, ac sibi liberum transitum concederet; quae tamen non divisa fuerunt, neque transgredi Prophetam permiserunt. Sed quia perseveravit in petitione, et iterum percussit aquas, obediaverunt, fluviumque securus pervasit. Moyses enim semel mystica virga petram percussisset, aqua non fluxit; et sic ictu rursus inflicto, erupit illic magna et perennis aquarum scaturigo. Elias quando a mortuis excitavit viduae filium, non statim id adeptus est; orare incipiens, atque ideo secundo et tertio Deum precans, quod cupiebat, obtinuit. Ios, ut in historia Regum scribitur, cum Eliseum agrotantem inviseret, ubi rediret Propheta afferri arcum eius, et sagittas, ut illas Ios per fenestram versus ad Orientem mitteret, tres sagittas iaculatus ter percussit terram; sed fatigatus, et adhuc Eliseo petente ut pluries iacularetur, arcum deposuit: cum Eliseus iratus dixit: *Si percussisses quinque, percussisses Syriam ad consumptionem*. Sic accidit orantibus: saepe namque non impetratur, quod desideratur, quia deficiunt, et non instant, nec perseverant flagitando, et ut postulavimus ter, si id fecissemus quinque, non iam tota Syria, sed totum caelum esse nostrum putasset. Sunt plurimi similes pardo, qui, ut referunt vetera naturalium scriptores, primo, vel secundo saltu si praedam non assequitur, illicio desistit. Non ita nobis faciendum est, sed quemadmodum cum vis de silice ignem educere, quamvis primo, vel secundo ictu tactus, non scintillet, saepe pulsando tandem ignem eruis; sic quamvis Deus tantquam silex induxerit tibi videatur, percute semel, atque iterum igniario orationis, et elicies ignem amoris, et charitatis, qui tuis precibus annuet. Si gallina pullos excludit semel, aut iterum ovis incubaret, foetum nullum educeret; quia tamen perseverat per multos dies proprio calore ova fovens, pullos ingenerat: sic anima, quae legitimos suae voluntatis filios, id est, sancta, et bona desideria, divina gratia concepta, non abortire vult, illa non semel, aut bis orationis fervore tuebatur, sed nixu continuo, et animo constante in illis perseverabit: id enim si fecerit, quidquid voluerit, obtinebit. Qui vult

copiosam auri venam reperire, non solet stam. si non apparet, animo defecere, sed permanens, et constans in proposito quotidie fodit profundius, nec a cepto desisit opere quamvis fatigatus, donec quod optat, invenit auram; quo invento praeteritis solatur labores, et ex paupere dives, ex laborioso quietus, et otiosus redditur. Quid vero est oratio, nisi pretiosissimus thesaurus, in quo reperitur aurum charitatis, argentum castitatis, adamas fortitudinis, viridis smaragdus spei, ardens pyropus amoris in proximos, margaritae lacrymarum, cum aliis animae bonis, et divitiis innumerabilibus? Si tamen vultis hanc tanti pretii venam invenire, non statim in ipsa operis aggressionem defecere animo debetis, sed potius instandum, et perseverandum constanter, si vultis per totum vitae vestrae spatium vivere divites, et felices. Est hoc in loco valde notandum, tanti a Deo fieri perseverantiam, ut etiam si alii ad impetrandum tituli, et causae desint, huic promittat impetrationem, saltem propter importunitatem dabit: vel ut alii codices habent, propter improbitatem, sed in idem recidit. Id saepe conligit principi Antigonae, qui Abia instanter postulante quendam pecuniae summam, dixit acriari Tractefco: dabis Abiae, etsi per vim, nummos aureos sexcentos: tanta in peragendis negotiis perseverantiae virtus, et efficacitas est. Sed hic considerandum, et valde animadvertendum est, tam esse benignum Dei pectus, tam nobile, et generosum ingenium, tam immensam, et infinitam eius bonitatem, et liberalitatem, ut sollicitudo, et importunitas, quae vobis, mihi, et omnibus solet esse molesta, Deo tam sit grata, ut molesti simus illi, quando a petitionibus abstinemus, et ad ipsam accedere intermittimus: sicut docuit Isaias, dum reprehendebat Achaz, et alios Hebraeos, quod in petendis a Deo beneficiis cessarent (Isai. 7): *Ut quid molesti estis et Deo meo? Insuperata profecto res, vocare molestos eos, qui nihil petunt, cum contra contingere soleat apud homines, qui nimis, et nimia flagrantem appellare solent molestum, et importunum; Deus autem tam est proclivis ad beneficendum, ut non petentes iudicet sibi molestos: immo ducit sibi iniuriosos, ut verba Achaz significaverunt, cui cum dictum fuisset (ibid.): *Pete tibi signum a Domino: in iuxta vulgatum editionem respondit: Non petam, et non tentabo Dominum: sed iuxta Graecorum translationem dixit: Non petam, et non glorificabo Dominum. ubi Rabbi Samuel (in c. 7. Isai.) ait: Cum esset idololatra, voluit ut aliquid ad Dei gloriam manifestaretur. Cum igitur petere aliquid a Deo sit illum profiteri potentem ad faciendum quod petimus, et petita faciendo gloriam, et honorem acquirat apud homines, ut ipsemet dixit (Psal. 36): *Invoca me, et eruam te, et glorificabis me, quam gloriam rex Achaz dare Deo renebat; certe molestum, et iniuriosum est Deo, quod non petamus, et non importune flagitemus; idque est quod dixit Isaias non flagitantibus: Et quid molesti estis et Deo meo? Quae etiam de causa Deus regem Ochoziam, qui ab alto caenaculo aedium suarum, quas Samariae***

habebat, delapsus fuerat, convalescere non permisit, quoniam cum potuisset verum Deum invocare, qui sibi sanilatem restitueret, auxilium Accaronis impetrare maluit. Quoties nemo potest excusari a frequenti ad Deum recursum, et perfugio pro remedio suarum calamitatum, et laborum, praeterea importunitatem, cum potius grata sit Deo importunitas, molestumque ducat in nostra inopia silentium: *Ut quid molesti estis et Deo meo? Adest nobis huius doctrinae mirificum exemplum in praecleara, et insigni perseverantia Chananaeae mulieris, cui optime Chananaeae nomen convenit: nam, ut interpretatur Hieronymus (de nomin. Heb.), idem est, quod negotiatix, quia tam dextero, ac prudenter negotiata est, ut saepe repulsam passa, insistens tamen, et sancte perseverans, quod voluit impetravit, repetens (Marc. 15): *Miserere mei, filia mea male a daemone vexatur. Mirabile admodum est, quod Christo ab ea non semel averso, et petitioni eius non favente, immo tam aride, et austere se apud illum gerente, dicit Evangelista: non respondit ei verbum: quod et mihi mirabilis est, cum Christus sit Patris Verbum, et nihil sit magis alienum a Verbo, quam obtusescere. At ipsa perseverans discipulis sua est interessoribus, qui dicent: Domine saltem ne clamoribus nos obundet, illam exaudi: quibus Christus respondit (Matt. 16): *Non sum missus nisi ad oves, quae perierunt domus Israel. Sed nec illam retardavit huius responsi acerbitas, sed potius inde vires collegit, et novam induit animi alacritatem, inquit (ibid.): Domine adiuva me. Cui iterum Christus: Non est bonum sumere panem filiorum, et mittere canibus. Canem me vocasti, inquit illa, accipio nomen: Domine, utor concessio, et inde quod intendo convincam. Unde sic tunc argumentata est (ibid.). *Etiam Domine: nam et catelli edunt de micis, quae cadunt de mensa domini sui. Cadat igitur unum saltem verbum ab ore tuo divino: illo enim solo ero contenta. Qua tam humili, et sancta responsione motus Christus dixit: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Sed inspiciamus, quare Christus distulit huius mulieris expedire negotium, et quare tali duritie, et asperitate in eam usus, quale numquam antea praesertulit: nam si id fecit, quia peccatrix erat; simili quoque vito Samaritana, et Magdalena laborabant; et tamen utramque benigne, et humaniter accepit. Si, quoniam alienigena: eundem habebat defectum Centurio: puerum tamen eius curavit. Si offerebatur propter filiam a daemone vexatam, dixit Ioannes (1. Ioan. 3): *In hoc apparuit Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli. Cur igitur tam diu protraxit eius expeditorem? Huius rei multas rationes afferre possem; sed meae intentioni, et proposito inserviens, ego puto Deum frequentissime differre solere, quod petimus: quoniam plurimum gaudet animam nostram ab ipso solo pendere, et ipsa indigentiae vi ita nos opprimi, ut ad eius opem confugere, et nostrum divinae clementiae pulsare, totamque spem nostram in sola eius providentia, et benignitate positam habere compellamur. Haec etiam causa fuit, propter quam,*****

ut scribitur in Exodo, Deus etsi maxime liberalis, non simul mittebat totum manna Israelitis, sed divinum ad singulos dies hebdomadis, ut quotidie ad eum recurrerent, et remedium suum in divina positum liberalitate, et munificencia recognoscerent, ut Nicolaus Lyra (sup. c. 16) notat. Verum dicit aliquis, quae causa est, quod ego per multos dies, menses, et annos petens a Deo certum negotium, eius haec tamen non viderim exitum? Respondeo id duas de causis frequenter accidere. Prima, quoniam quod flagitas, bonum, et iustum non est, atque ita non petis in nomine Christi: ipse namque nihil petit iniustum, nec pollicitus est nobis dandum a Patre, quicquid peteremus, nisi quod in nomine Christi peteretur: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis: Immo ea ratione, quae vestra petitio est iniusta, non est oratio: nam, ut tradidit sanctus Isidorus (lib. etymolo.), oratio est, quasi oris ratio. Unde si petitio non est rationi conformis, oratio dicenda non est. Secunda causa, propter quam Deus, quod petitur, etiam si perseveranter petatur, non largitur, est quoniam novit tibi non convenire, possetque ita flagitantem respondere, quod olim discipulis suis (Matt. 20): *Nescitis quid petatis. Desiderabat Moyses, ut permitteret Deus sibi in terram Promissionis ingressum, et non obtinuit: clamabat Iob, et queritur non exaudiri, Clamo, et non exaudis: Apostolus gentium Paulus stimulo carnis vexatus, petit sibi auferri: Ter Dominum rogavi, ut discederet a me, quod tamen Dominus non indulsit. Super quem locum sanctus Hieronymus scribens ait, petium fuisse ab Apostolo, ut sibi auferretur capitis dolor acerbissimus, quo infestari solebat: quod tamen non adeptus est. Sanctus Isidorus (in libro de summo bono) has, et alias id genus petitiones a Deo non concedi affirmat, quoniam petentibus non sunt utiles; idque adeo verum est, ut saepe humanae petitionis concessio fiat in supplicium commissi peccati, ut constat exemplo Israelitarum: quibus postulantis regem, cum haberent Samuelem, datus fuit Saul, qui eos acerbissime tractavit. Dei populi manna fastidire coepit, cum dixit (Num. 21): *Nauseat anima nostra super cibo isto levisissimo: aliumque cibum postulantis annuit Deus, et misit coturnices; sed magno illorum dispendio: siquidem, ut ait Scriptura (ibid.): *Adhuc oscuae eorum erant in ore ipsorum, et ira Dei descendit super eos. Rachel assidue, et vehementer a Deo petebat sibi dari filios, inquit (Gen. 30): *Da mihi liberos, alioquin moriar; dedit Deus, quod petebat, et unum illorum enixa obiit. Rebecca similiter desideravit filium unum, acceptique duos, qui tantum sibi ante partum causa doloris erant, ut dixerit (Gen. 25): *Si sic mihi futurum erat, quid necesse erit concipere?******

Sexta conditio orationis est, ut si fieri possit, cum elemosyna, et ieiunio societur: haec enim sunt duo pondera, quibus movetur spirituale, et artificiosum animae horologium; haec sunt rotae, quibus agitur currus orationis; hi sunt axes, quibus et vertitur; haec domusque alae, quibus ad ipsum usque Dei cor

anima transvolat; haec denique sunt dona, quae ei offert ad conciliandam sibi eius voluntatem. Experimento comprobatur est, omnium esse (mediorum efficacissimum ad invenientes thesauros Dei apertos, aperire manum liberaliter in auxilium pauperis: nam si homo intrat ad Deum per ostium misericordiae, illum exercens erga proximum suum, videtur quodammodo obligare Deum ad similem sibi misericordiam refundendam: non enim Dei viscera minus, quam humana ad beneficentiam, et misericordiam proclivis sunt. Est huius veritatis egregia imago in libris Regum: nam cum Salomon totum templum cedrinis tabulis ornasset, ipsam templi portam, quae pulchrior esse, ac pretiosiori materia constructi, et ornati solet, fabricari iussit ex lignis olivarum, quoniam oliva misericordiae symbolum est. Unde in sacra Scriptura homo misericors fructifera oliva vocatur, ut patet ex verbis Psalmi (c. 31): *Fructificavi in domo Dei. Graecorum Legatos, debent historici, ad reges missos, auxilium, vel aliud aliquid petituros manu portare consuevisse olivae ramum, ut eius aspectu ad misericordiam eos moverent. Significat igitur porta lignis olivae compacta, misericordiam erga proximum, et elemosynam quam ei portigimus, esse portam, per quam anima nostra, si bene cum Deo negotiari vult, ingredi debet: immo esse quoque certissimum pignus impetrationis: nam qui pauperem audit, exaudiatur a Deo; quia misericordiam misericordiam compensat. At si tu acerbus es, et inhumanus in pauperes, et aures tuae claudis clamoribus viduae, ac inopes, et medici gemitibus, fide constat catholica, Deum quoque tibi aures non praestiturum benignas, et pulsanti ostium suum non aperitum, sicut legitur (Prov. 21): *Qui obturat aurem ad clamorem pauperis, ipse clamabit, et non exaudietur. Si demum elemosynae adiungatur ieiunium, dici vix potest, quam efficax reddatur oratio: nam ex his tribus fit ita fortis funiculus orationis, ut nulla ira Dei, quantumvis magna, rumpatur, scriptum est (Ecl. 4): *Funiculus triplex difficile rumpitur; nec solum id efficit triplex hic funiculus, sed hominem quantumlibet insipientem, et effrenum redigit ad usum rationis, facitque prudentem: tantaque demum huius triplex funiculi, seu trini chordarum est suavitas, ut si bene hilarum natura temperetur, harmoniam reddant ita incundam, ut Deum in animam nostram trahant, et daemones ab illa recedere compellant, instar citharae Davidicae, quae illum a corpore Saul expellat. Sed, ut iam desinam, sunt hi tres funes, vel chordae, ita nervosae, et efficaces, ut illis omnes animae nostrae non convenientes affectiones frententur, ac subigantur; et consequenter Dei nobis concilietur misericordia, ne in nos iratus instituae suae fulmina caelestium; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.***

HOMILIA XIV.

Manifestantur multiplices sacrae Scripturae eruditione, ingentique animi conceptuum copia inaeestimabiles divitiae, ac singulares orationis fructus, quae adhibitis conditionibus, et circumstantiis iam dictis emittitur.

Summa orationis ad rerum nostrarum, cum temporalium, tum spiritualium optatos exitus consequendos necessitas, et illud, quo tenentur, omnes Christi fideles ad sanctum huiusmodi exercitum inflammandi desiderium, me impulerunt, et non contentos, quod vos circumstantiis, et conditiones universas docerim, quibus iuxta sanctorum Patrum documenta bene oratum, omnibusque suis absolutam numeris orationem ad altissimum supremi Dei tribunal prostrare oportet, iam vobis inaeestimabiles divitias, et fructus cogar pene divinos demonstrare, quos secum haec familiaris cum Deo affert conversatio. Quos inter operae pretium existimavi, ut is primum sibi locum vindicet, qui ad trahendum fortius mortalium animos aptior, potentiorque esse cognoscitur, perfectum videlicet omnium orantis desideriorum complementum, quod testatur illud Christi (Marc. 11): *Quaecumque orantes petitis, credite quia accipietis, et evenient vobis.* Haec Christi verba explicemus. Usu receptus est apud nos iste dicendi modus: obstringo tibi fidem meam; at non omnino te securum facit pignus istud: fides enim hominis deficere potest, at Dei est firmissima, et indefectibilis: *verbum autem meum stabit in aeternum.* Unde dicente Christo (Ioan. 16): *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis,* perinde fuit, ac si dixisset, fidem meam vobis obstringo, quod si quid petieritis Patrem in nomine meo, minime negabit. Summum favorem Salomoni exhibitum sacra refert Historia, quod Deus sumptuoso illo, splendidissimoque templo sibi ab illo fabricato, ac diversis ibidem ei oblati sacrificiis, nocte vocavit illum, ac dixerit (2. Paral.): *Postula quod vis, ut dem tibi.* Atqui favor iste, benevolentiae divinae, quamvis ita singularis, soli tamen Regi facta, nostris vero temporibus fidelibus universis, nulla personarum, aut conditionis habita ratione: unde ait (Ioan. 16): *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* En, inquit Christus, chirographum, en schedulam nihil desuper scriptum habentem, meo tamen subscriptam nomine, vos superponite summam, quam voveritis: in nummularia enim divinae liberalitatis mensa, quae deficere minime potest, ea omnia, quae libuerit vobis, exsolventur. Misericordiam petitis (Psal. 65)? *Benedictus Dominus, qui non amovit orationem suam, et misericordiam suam a me.* Spiritualem animi delectationem cupitis (ibid. 76)? *Memor fui Dei, et delectatus sum.* Divini amoris ignem concupiscitis (ibid. 70)? *Et in meditatione mea exarsit ignis.* Perfectum tandem desideriorum

vestrorum complementum expetitis (ibid. 80)? *Dilatata os tuum, et implebo illud.* Verum, quia Christum non latebat ad haec omnia consequenda nullam a nobis meliorem titulum, quam nominis sui coram aeterno Patre adduci, aut allegari posse; idcirco ait (Ioan. 16): *Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Die mihi tu, dum a Deo quiddam petis, quem allegas titulum? Ego illum Iob (c. 10): *Manus tuae Domine fecerunt me, et plasmaverunt:* respice Domine, quia creatura tua sum; bonus quidem iste titulus, sed contrarius tibi est: si enim opus manuum Dei es, acceptum debita gratiarum actione referre debuisses. Et tu quem allegas titulum? ego, quod imago, et similitudo eius sim (Gen. 3): *Factamus hominem ad imaginem, et similitudinem nostram.* Hic quoque titulus te condemnat, cum scelerum tuorum litris deturpaveas imaginem illam, quam admirabili divinae omnipotentiae suae penicillo in te formaverat. Ut igitur congruentiorem coram Deo titulum usurperis, ipse potentior, aptioremque vos docuit, ut videlicet in Christi nomine postuleris (Ioan. 16): *Quidquid petieritis Patrem in nomine meo, etc.* Videtur huic nostro instituto admodum convenire, quod et illius patriarcham figuram esse existimo, illud Iosephi, ad fratres suos dicentis, ne coram eo comparent, nisi Benjamin fratrem minimum, dilectissimum Iacob patri filium, secum adduxissent. Non dispari ratione iubet Deus, ne nostra coram eo prosilat oratio, nisi Christum, qui summi Patris dilectissimus Benjamin est, secum adducat; cuius gratia divinis charismatibus nos cumulabit. Verum tunc, et obiter, consideremus qua ratione Christus Dominus ad Patrem nos petitorios remittit, cum revera ad quamlibet ex aliis divinis personis remittere nos potuisset. Non ignoro quaestionem hanc solutam penitus esse, si dixerimus, verbum illud, Patrem, dum ait Christus (Ioan. 16): *Quidquid petieritis Patrem in nomine meo, etc.* non personaliter, sed essentialiter accipi, ut omnibus divinis personis commune est: unde in hoc sensu remittens nos ad Patrem, ad Deum trinum, et unum nos misit. Verum communis ea est interpretum sententia, illud personaliter accipi, et solum intelligendum esse de persona Patris; in quo sensu nostra oritur dubitatio, ob quam causam Christus Dominus, non ad Filium, nec Spiritum sanctum postulatos nos remittit, cum et ipsi eadem quae Pater concedere valeant. Ego quidem huic rei rationem eam esse arbitrarer quod ipsa essentia divina saepius communicatur per Patrem, quam per Filium, aut Spiritum sanctum. In primis namque Spiritus sanctus non se communicat alteri quartae personae, cum in eo divinae processiones penitus terminentur: Filius autem quamvis vere Spiritui sancto communicet divinam essentiam, non tamen se solo, sed una cum Patre illam communicat. Ad aeternus Pater praeterquam Spiritum sanctum in consortio Filii producit, aliam quoque distinctam communicationem habet, se solo generans Filium. Quia ergo Pater inter illas tres divinas personas prae ceteris pluries commu-

nicatur, et divinarum personarum fons, et origo est; ideo Christus ad eum uti perennem fontem, et prae ceteris divinis personis pluribus modis communicantem petitorios nos remittit, sub indubitata fiducia ea sine ulla exceptione consequendi, si tamen ad animarum salutem utilia conducibilique fuerint. Atque haec profecto de causa, ut ingeniose adnotavit d. Gregorius Papa (hom. 27. in evangelia): addidit Christus, ut in nomine suo petereamus: etenim sicut ipse Iesus est, quod interpretatur Salvator; ita etiam, quae petierimus, animae nostrae salutem non consentanea, scire nos oportet in nomine Iesu minime peti: unde non observantes praescriptam petendi, orandique formam, non erit quod demiremur, si petita nequaquam consequamur.

Alius orationis fructus is est, quod in ea veluti aquaeductum quendam habemus, per quem divina gratia tamquam canalibus quibusdam ducta, bonaque caelestia fistulata in nos animamque nostram coelitus derivantur. Quod eo facilius intelligemus, si attentius metaphoram illam consideraverimus, qua in Canticis usus fuit Sponsus, dum Sponsae suae congratulabundus dixit (Cant. 4): *Sicut turris David collum tuum, quae aedificata est cum cum propugnaculis.* Tritus admodum Spiritus sancti libro Canticorum loquendi modus est, per eximiam faciem formam, reamque membrorum corporis compaginem animae perfectiones significat. Et quavis per huiusmodi verba secundum nonnullorum expositionem Sponsus Sponsae dicere voluerit, eam corporis elegantia ceteras omnes feminas antecellere, ut turris David cetera omnia propugnacula altitudine superabat; at allegorico sensu per collum sanctissimi Patris virtutem orationis intelligendam esse asseverant: et quidem illi optime convenit haec metaphora ob innumera, in quibus collum, et oratio assimilantur. In primis enim quemadmodum collum formandae vocis ad humanam confabulationem organum est, ita quoque ipsa oratio, veluti organum quoddam est, ubi vox interior ad familiarem cum Deo sermonem habendum formatur: ibi quippe expostulationes, ibi clamores, ibi suspiria, quae animae lingua, et idioma sunt formantur. Et hinc quoque est, quod quemadmodum, dum lupus ovem insequitur, ita eandem apprehendere procurat, ne halet: etenim querulus eius balatus clamor quidam est canis pecuarum, pastorisque auxilium implorans, ita diabolus tamquam infestissimus humani generis lupus, orationis collo insidiatur, in quo omnem curam sollicitudinemque collocaet, ne anima caelam inelamet, pastoremque suum Christum invocet, ut ei praesto sit. Et quemadmodum etiam collum cum corpore caput coniungit, unit, atque colligat; ita et ipsa oratio adeo cum capite Christo iustum coniungit, ut divina favente gratia, veluti unus, et idem cum eo spiritus efficiatur: *Qui adhaeret Domino, unus spiritus est;* scilicet cum illo. Et sicut influentiae capitis, vitalesque spiritus, qui a cerebro corpori communicantur, per aquaeductum colli, veluti per quoddam canale derivantur; sic quoque caelestes illi Christi capitis nostri

divinae influentiae, in hoc corpus mysticum Ecclesiae per orationis collum demittuntur: et hinc illud d. Augustini: *Ascendat deprecatio, et descendat miseratio.* Id quotidie illius amatore experiantur: etenim oratio est, sicut clavis illa Salomonis, quam ipse quolamvis varia suppellectili onustam in Ophir dimittebat, quae tamen auro, argento, margaritis, quibus universam Palaestinae regionem opulentabat. In hac infocunda, sterilitate miseriarum terra, maxima adest victulatum inopia, atque ingens spiritualium bonorum penuria; illud tamen superest remedium, ut classem orationum, obsecrationum, et gemituum plenam in coelum mittamus: auro enim charitatis fulgentissimo, pretiosissimis virtutum lapidibus, orientalibus lacrymarum margaritis, quibus animae dicescat, onusta, pleneque reveretetur. Sicut etiam per collum anhelitus putridus, qui intus compressus corpus indicibilis, emittitur, et novus, et purus aer, quo respiramus, attrahitur; ita etiam foetentem pravorum affectuum nostrorum anhelitum oratione expellimus, et salutare, ac purissimum Spiritus sancti aerem feliciter attrahimus, quemadmodum testatus est propheta David, dum dixit (Ps. 118): *Aperi os meum, et atraxi spiritum:* quod et Sponsa ab Sponso expostulabat, cum dicebat (Cant. 4): *Surgit Aquilo, venit Auster, et perficit hortum meum.* Et sicut corpus sine respiratione vivere nequit, unde non nisi respiraremus, continuo expiraremus: qui enim ardentes, qui intus delitescit, aerem non emittit, alimque novum ad refrigerandum recipit, subito ex respirationis defectu suffocatur; ita quoque quandoque accidit, quod nisi animam mediante oratione respiraret, protinus expiraret; quia flatus, et vivificus Spiritus sancti aer deesset, qui folles sunt ad divinum amorem accendendum: cuius defectum deplorabat Hieremias, dum aiebat (Jerem. 6): *Defecit sufflatorum.* Praeterea quemadmodum a collo inaeestimabiles gemmae, pretiosissimi torques, catenae aureae, aliave id generis monilia dependunt; sic quoque ab oratione, tamquam ab ipsius animae collo, virtutum gemmae, obedientiae torques, fidei inanes, aurea charitatis catenae, et alia pretiosissima Spiritus sancti charismata veluti monilia dependunt: Orationi enim deditus singulari omnium virtutum praestantia ornassimus experientia ipsa comprobat. Sicut item per collum alitur, et nutritur corpus, necessariumque recipit cibum, ne aliquo fame pereat; non secus per orationem anima quotidie caelestis refectioe pasta vegetatur, et nutritur. Et quemadmodum ille, qui foris, nervosque collo praeditus est, strenuus ac robustus existit; ille autem, qui subtilis, et debilis, exigua fortitudine, minorique robore pollet; ita quoque fortiter in oratione perseverantes, virtute strenui existere dignoscuntur: e contra vero in orandi exercitio debiles, et infirmi, in bonis operibus tardi, et imbecilles existunt. Et sicut nihil inveniri potest collo adeo nocivum, quam si spina aliqua ei tenaciter haereat, quae respirandi auferat facultatem; ita sane nihil tam excogitari potest orationi noxium, et adver-

nam penitus destrueret; ita quoque anima, cui dum corpori est immersa, non deest magnus quoque consumptor, calor scilicet concupiscentiae, certe nisi spiritali orationis alimento cibus, ut quotidiana damna reparat, brevi temporis spatio antiquum vigorem deperdit, ac tristitia seivior reddetur, ut id se expertum testatur David, dicens (Ps. 101): *Arui cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.* Unde ipse infirmitatem suam agnoscens, mane orare decrevit (ibid. 5): *Mane adstabo tibi*, vel ut s. Hieronymi lectio habet: *Mane contemplantor.* Et ubi ipse dicit: *Exurgam ditulculo*, alii legunt: *Excitabo auroram*, auroram non expectabo: desiderium enim cibandi me illam excitare compellet. Verum quia Davidi videbatur frequentiori adhuc se egere alimento, dicit, quod non modo mane, sed meridie, et noctu coelesti illo cibo se nutriti oportebat (ibid. 54): *Vespere, et mane, et meridie narrabo opera Domini.* Quinimmo propriam imbecillitatem magis, atque magis consideranti, necessarium videbatur animam suam hoc spiritali cibo septies in die reficere (ibid. 117): *Septies in die laudem dixi tibi. Ad cuius imitationem septem horis canonicis utilis Ecclesia.* Et sane hic ponderatione singulari dignum est, huiusce alimoniae, cibi quoque defectum adeo firmissimam illam Ecclesiae columnam, sanctum Petrum infirmasse, ut ter Christum Dominum abegerit: quemadmodum enim trina fuerat eius in oratione dormitio; trina quoque fuit illius Christi negatio, ut acute adnotavit sanctus Ioannes Chrysostomus (in Matth.). dum ait: *Trinae dormitioni trina negatio respondet.* Attentius ergo advertendum est, ne huiusmodi animae nostrae deficiat cibus, aut alimonia, necessarium esse, ut a Deo ipsum diligentius, sollicitique postulemus, aviculas imitantes, quae, ut a parentibus suis nutriantur, alas expandunt, et ora aperiant. Unde Ecclesiasticus (c. 29) dixit: *Iustus aperiet os suum in oratione.* Porro praeter iam dictos fructus, alium quoque non minus utilem, quam delectabilem offert oratio: etenim christiani hominis vita spirituale quoddam animae cum Christo matrimonium est, ut ipse testatur (Osee 1): *Sponsabo te mihi in fide.* Et quemadmodum matrimonium temporale, et onera multa, et delicias quoque secum affert; non secus spirituale istud coniubium, sicut et oneribus, ita et voluptatibus minime caret, quae divinus ille Sponsus in orationis quiete, et pace animae communicat; siquidem longa rerum experientia nos docuit, pavorem, melancholiam, et omnem tristitiam longe propulsanda; quod agnosceus s. Iacobus dixit (c. 3): *Tristatur aliquis vestrum, orat;* quin et ipse Deus ait (Genes. 16): *Laetificabo eos in domo orationis meae.* Quod si lignum a Moysse in aquam proiectum illam dulcem reddere potuit; dubitare non licebit, quin multo potentior futura sit Christi memoria ad amarissimum humanae tristitiae fel in suavissimum decorem convertendum: hac enim de causa orbiter Davidem Christum unicorni compressere: nam quemadmodum unicorni solo sui cornu tactu aquam dulcescere facit, et omne veneni genus penitus extinguit; ita quoque Christus

ad nostram memoriam media oratione reductus, nos gravissimis oppressos miseris recreat, et consolatur, et amara dulcescere facit. Refert s. Hilarius (in princ. exposit. Ps.), quod David cum pastor esset, et in solitudine degeret, melancholia non semel laborabat; ad eam tamen abigendam, parvo psalterio, quod secum ferebat, divinas decantabat laudes, quibus animam suam oblectabat, et hilarem reddebat: qua experientia edoctus ipse David hoc eodem remedio Saulis animum a daemone vexatum recreabat, vel, ut aliis placet, gravi quadam melancholia oppressum, illo psalterii, aut citharae suae concentu expellebat. Quod si forte quispiam dicat, non eius generis sunt melancholiae meae, quae oratione propulsari valeant, falsa eum fallit opinio: illum precor, ut quemadmodum gravi aliqua afflictione affectus amicum consulit, omniaque cordis sui arcaea ei aperit, ut consolationis aliquid ab eodem recipiat; ita ad Christum recurrat, et totum cor suum ei aperiat, ac dulcem illam orationis citharam pulset; et si perseveraverit, experietur illud d. Pauli, dicentis (1. Cor. 5): *Repletus sum consolatione, superabundo gaudio.* Deus enim cum fidelissimus sit, complebit, quod promisit (Ps. 90): *Clamabit ad me, et ego exaudiam eum.* Idque non semel experientia compertum est, ut cum humana auxilia deficiunt, coelestia suppetant. Quod satis ad vivum exprimit singularis illa d. Ioannis visio libro suarum revelationum, dum vidit mulierem parturientem, et draconem ante eam, ut partum devoraret: cui cum terra optularet minime posset, et coelo auxilium venit. Luna enim sub eius pedibus posita est, et sole amicta fuit, ut draconis oculos radis suis obscuraret, et corona stellarum in capite eius apparuit. Haec d. Ioannis visio quid aliud significat, fratres, quam animam afflictam, omnique humano solatio penitus destitutam, ad Deum orando se convertentem, confisitum a Sole iustitiae Christo, et Maria luna, nec non a Sanctis per stellis significatis adiutam iri; quinimmo, si opus fuerit, tota angelica curia in eius descendet auxilium. De angelis enim dictum est, quod omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi, propter eos, qui haereditatem accipiunt salutis. Tandem spirituales viri alium omnium potissimum fructum ex oratione decerpunt, Christi videlicet vitae, et morum imitationem. Quemadmodum enim pictor effigiem quandam depicturus; singulari studio, summaque sollicitudine exemplar sibi imitandum proponit, ut similem illi imaginem conficiat; ita quoque, qui immaculatum Christi vitam contemplantur, eam tanto studio, tamque alta consideratione perpendat oportet, ut ipsius vitae Christi similem quoad possit ingenium in se efformet, ut dixit Paulus (ad Gal. 4): *Donec formetur Christus in vobis.* Verum quemadmodum varii sunt pingendi modi, unus, quo depicta imago facile oblitur, praesertim si aqua intingatur, alius vero firmiter, oleo coloribus adhibito; ita quoque qui Christum in vobis formare contenditis, procurare omni studio debetis ita eum efformare, ut ne quomque tentationis turbine adveniente iago

deformetur; sed Spiritus sancti oleo delibata tali stabilitate sit praedita, ut in aeternitatem absque interruptione permaneat. Ceterum quia si vellem prosequi copiosissimos orationis fructus, innumeraeque eius emolumenta, sermonumquam finem imponerem; ideo solummodo dicam, eam universalem esse morum reformatricem, horologium regulatissimum, vitam humanam componens, fraudum huius mundi limpida cognitionem, temporalium rerum contemplantum, coelestium, et aeternarum debitam aestimationem, certantis animae armatarum, viliorum gladium, passionum frenum,

ad virtutem calcas, compunctionis magistram, primum mobile, virtutes omnes movens, splendidissimum animae speculum, coeli rorem, pluviam coelestem animam foecundantem, manna dulcissimum illam oblectans, cibum divinum eam nutriendum, facem illuminantem, salem a corruptione praeservantem, coelestem venam animam refrigerantem, stellam in patriam ducentem, flamen Spiritus sancti, movens ad portum coelestis Hierusalem, ac tandem divinum glutinum animarum, cum Sponsu suo Christo esse uniens; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

LIBER VIII

LIBER VIII
HOMILIA DECIMAQUARTA
De gloria Christi in ministerium missi, propter eos, qui haereditatem accipiunt salutis.

Deus enim cum fidelissimus sit, complebit, quod promisit (Ps. 90): Clamabit ad me, et ego exaudiam eum. Idque non semel experientia compertum est, ut cum humana auxilia deficiunt, coelestia suppetant. Quod satis ad vivum exprimit singularis illa d. Ioannis visio libro suarum revelationum, dum vidit mulierem parturientem, et draconem ante eam, ut partum devoraret: cui cum terra optularet minime posset, et coelo auxilium venit. Luna enim sub eius pedibus posita est, et sole amicta fuit, ut draconis oculos radis suis obscuraret, et corona stellarum in capite eius apparuit. Haec d. Ioannis visio quid aliud significat, fratres, quam animam afflictam, omnique humano solatio penitus destitutam, ad Deum orando se convertentem, confisitum a Sole iustitiae Christo, et Maria luna, nec non a Sanctis per stellis significatis adiutam iri; quinimmo, si opus fuerit, tota angelica curia in eius descendet auxilium. De angelis enim dictum est, quod omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi, propter eos, qui haereditatem accipiunt salutis. Tandem spirituales viri alium omnium potissimum fructum ex oratione decerpunt, Christi videlicet vitae, et morum imitationem. Quemadmodum enim pictor effigiem quandam depicturus; singulari studio, summaque sollicitudine exemplar sibi imitandum proponit, ut similem illi imaginem conficiat; ita quoque, qui immaculatum Christi vitam contemplantur, eam tanto studio, tamque alta consideratione perpendat oportet, ut ipsius vitae Christi similem quoad possit ingenium in se efformet, ut dixit Paulus (ad Gal. 4): Donec formetur Christus in vobis. Verum quemadmodum varii sunt pingendi modi, unus, quo depicta imago facile oblitur, praesertim si aqua intingatur, alius vero firmiter, oleo coloribus adhibito; ita quoque qui Christum in vobis formare contenditis, procurare omni studio debetis ita eum efformare, ut ne quomque tentationis turbine adveniente iago